Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

12

exordium supposuisse. Hoc etiam fecerunt latini ut sapientum more. Musici autem a grecis phisis simplicem exordium habuisse et ipsorum ingenii perspicacitatem ipsis additionibus ostenderet. Erant quoque primo illos litteras septem. s. A. B. C. D. E. F. G. bis replicate per tonum A. ex tertio dictum. Et ipsis huius Γ additionis completis octo apud nos dicimus constitutas. s. Γ. A. B. C. D. E. F. G. In parte vero acutiori undecim superioribus litteris ex replicatione descriptis. ut ultimi ♮ quadri habeatur perfectio quatuor litterarum facta est talis additio. s. B. C. D. E. que ad netehyperboleon seu ad acutiorem A. penitus sub sequitur. preterea ex b. rotundi per nostros phisicos additione facta bis in parte b. littera ponitur primo in paramese. i. in B. secundo. secundo cum B. ex adiunctis prima ad netehyperboleon immediate. que littere xxii. esse noscuntur. Notis similiter per nostros factum est additionum phisicos quorum infra re notis que est in proslambanomenos id est in graviorem A. altera est his addita notis. s. ut nota. ipsi Γ. associata sunt quoque notis nostre seu voces sex. s. ut. re. mi. fa. sol. la. que ex duabus proprietatibus primis. s. ♮ quadri et nature congrues repetite ponuntur et ex tertia. s. b rotundi proprietate bis interponi noscuntur. Sunt quoque note omnes numerate numero xlii a Γ. ad e. ultimum viginti sedibus collocate.

De ordinatione seu dispositione Latine manus:

Manus Latina taliter dicitur esse progressu disposita. Incipit